

Addit. ad Covarruvias

- 64 Pontificem committi; Bonac. supr. punt. 4. num. 9. Barbos. num. 1. Suar. dict. disp. 3. sect. 3. num. 3. vers. Nihilominus. Chamcerot. supr. dict. tract. 3. cap. 5. in fine. Henric. lib. 3. cap. 2. §. 2. Quamvis contrarium etiam sit probabile, ut Suar. & alii farentur.
- 65 Quatuor hic scitu digna oportet adnotare. Primum, Pontificem, si eligatur, qui non sit Episcopus, ante consecrationem Episcopalem jure posse delegare simplici Sacerdoti praedictam facultatem, nam haec potestas delegandi non est annexa ordinis Episcopali: Etsi inficietur Paludan. dict. 7. quest. 4. num. 5. Secundum, mortuo Pontifice, qui commisit, non extingui potestatem delegatam, sed aghuc ea uti posse delegatum. Tertium, non esse necessariam justam causam ad hujusmodi commissionem. Saltem ad valorem Sacramenti, et si perperam ficeret Papa, si pro libertate nulla urgente necessitate, delegaret. Ultimum quando a principio fuerit necessitas ad committendum, licet ea cesset, non expirare concessam facultatem. Hac Suar. dict. sect. 2. vers. Tertia pars, cum duobus seqq.

Vers. Extet & de hac re.

Ad hunc canonem Concilij Tridentini, qui est sub sess. 7. ubi de Confirmatione, vide allegatos à Barbos, ibidem, numero 3.

Vers. Quod si minister.

- 61 Constat, simplicem Sacerdotem esse extraordinarium Ministerum hujus Sacramenti ex institutione Christi, Bonac. Suar. & reliqui nuper laudati, num. 5.6. alioquin Pontifex efficere non posset, ut illud valide administraret; Episcopum vero ordinarium, de quo supra, num. 25.

Ad Num. 14.

- 62 Cum ex institutione Christi, Ordo Episcopalis necesse desideretur, ut quis tanquam ordinarius Minister conferat Sacramentum Confirmationis, nullo jure humano effici potest, ut qui Episcopus non est, illud ordinaria potestate valide administret, hoc enim esset mutatio in substantialibus Sacramenti, quod cum Pontifex efficere nequeat, ut dictum est supra, num. 13. nec præscriptione acquiri poterit, quia non plus valet præscriptio, etiam immemorialis, quam Principis concessio, sed pari passu ambulant; ut probant adducti textus per D. Covarr. & Menoch. conf. 60. num. 38. Roldulph. de Ordine, tenuit Barbos. supr. allegat. 1. num. 38. Rendin. in Promissar. recepar. sententiar. tom. 1. tit. 3.8. num. 6. Fornat. de Sacram. ordin. cap. 6. num. 5. Campanil. in diversor. jur. canon. rubric. 10. cap. unic. num. 3. Alzed. de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. cap. 4.

Vers. Ceterum final.

Neque obstat, simplicem Sacerdotem esse idoneum Ministerum ex commissione Pontificis; Nam Christus Dominus constituit illum extraordinarium Ministerum, si accesserit Pape delegatio, quæ conditio omnino debet adimpleri, nullo modo alio modo effici potest, ut qui Episcopali dignitate, de Ordine non est insignitus, possit hoc Sacramentum validè conferre contra divinam institutionem, cum conditiones sint specificæ, & non equivalenter implende; l. qui bareti 44. ff. de condit. & demonst.

- 63 Et generaliter non posse præscribi, quæ Ordini Episcopali annexa sunt, illumque necessariò requirant ab eo, qui Episcopus non est, docent Gabriel commun. opinion. tit. de præscript. conclus. 1. num. 16. Barbos. in collectan. ad dict. cap. pervenit; num. 4. 45. distinet. Vivian. in ration. jur. Pontific. lib. 1. pag. 82. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 19. vers. Consuetudo, lit. E. Tondut. q. 9. benef. p. 2. cap. 3. § 9. num. 6. Lambertin. de jur. patrion. lib. 1. p. 1. q. 9. art. 3. ex num. 18. Et incapacitatem temporis non tollit; Menoch. sup. cum aliis. Nec contrarium probant cap. audit. 15. de præscript. & alia à D. Covarr. relata. Quoniam de his non agunt, sed de aliis, quæ competitum Episcopo ratione dignitatibus, vel jurisdictionis, quæ à non Episcopis possunt acquiri præscriptione, ut probat Tondut. sup. à num. 5.

Ad Num. 15.

- 64 Controversum est, utrum Episcopatus sit Ordo à Sacerdotio distinctus? in quo frequenter Thologoi à juris Interpretatione.

AD CAPUT. XI.

De Inuria quæ verbis fit, maxime per veri criminis objectionem.

SUMMARIUM.

1. Materia explicantes referuntur.
2. Inuria verbalis scriptura inferuntur.
3. Atrox inuria verbis etiam irrogatur.
4. Per verbum, mentiris, fit inuria.
5. Protestatio facta contraria non prodest.
6. Dicens, mentiris, obscienti falsum, vel occultum delictum, non tenetur actione injuriarum.

Variar. Resolut. Lib. I. Cap. XI.

- 7 Licet in foro conscientia, obscienti falsum, vel occultum delictum, dicere in defensionem, mentiris.
- 8 Invasorem perire pro vita tuenda, licitum est, si aliter periculum effugi non possit.
- 9 Honor apud honestos, nobilisque viros, pluris, quam vita, habetur.
- 10 Pro tuendo honore permisum est in utroque foro, aggressorem perire.
- 11 Utrum inuria fiat, afferendo, verum non est quod ait, aut meaducum dicas?
- 12 Aliud est mentiri, & aliud dicere mendacium.
- 13 A convitiis est abstinentia.
- 14 Inimicorum famam verbis offendere non decet.
- 15 Ad poena palinodiam sufficit, verba injuria proferre in alienum, similia expressis in lege Regia.
- 16 Palinodiam canere cogitur, qui sponsam de presenti alterius dixerit meritricem.
- 17 Num qui alium Iudeum, aut Maurum appellaverit, debeat canere palinodium?
- 18 Unde originem habuit adagium: Palinodiam canere.
- 19 Solidus unde dicatur.
- 20 Solidorum valor.
- 21 Solidus, & aureus, non distinguuntur.
- 22 Quæ quantitas hodie possit sine insinuacione donari, remissive.
- 23 De marabatinorum valore, remissive.
- 24 Poena palinodis extenditur ad verba aquæ injuria, ac lege contenta.
- 25 Palinodiam canens, fateri debet palam, se fuisse mentitum.
- 26 Lex nedum intendit famam injuriam passo restituere, sed & injuriantem infamia afftere.
- 27 Valde ignominiosum fuit Hispanis, quem se reum mendacij publicè agnoscere.
- 28 Nobiles vulg. Hildagos, à palinodia canenda, lege excipiuntur.
- 29 Non ita exacte ad hoc nobilitatem probari necesse est, ut cum de ipsa agitur principalius.
- 30 Clerici non canunt palinodiam.
- 31 Mens legis imponentis poenam palinodis est, ut reus famam facturam patiatur.
- 32 Intelligitur l. 25. tit. 18. p. 2.
- 33 Non decet Principem, quomodo libet se retractare.
- 34 Quando tenetur palinodiam canere, qui injuriam verbalem in absentem protulit.
- 35 Bona fama omni modo pecuniarior estimabilior.
- 36 Est thesaurus inestimabilis.
- 37 Fama factura nisi per restitutionem nequit resarciri.
- 38 Princeps juris infamiam tollit, sed facti non potest.
- 39 Injurias verbaliter Cardinales non incurrit poenas cap. faciliis, de pen. in 6.
- 40 Verba injuria in Principem proferens, lata majestatis reus non censetur.
- 41 Supremi Principes solent pro Majestate injurias verbales subditorum contempnere.
- 42 Objiciens verum crimen animo injurandi, an poena dignus sit?
- 43 Defendit Bartoli distinctio.
- 44 Proferens verba injuria absque animo injurandi, actione injuriarum non tenetur.
- 45 Publicè interest, crimina ad punitionem revelari.
- 46 Objiciens crimina vera animo injurandi, puniri temperat, aquam est.
- 47 Qui provocatus inuria, mitius est plectendus.
- 48 Sed si verba injuria referat ad defensionem proprij honoris, poenam non meretur.
- 49 Potest quis in foro conscientie opponere crimen occultum injuriante pro honore tuendo.
- 50 Si non potest investigari, quis fuerit provocator, ailio urinque compensatione tollitur.
- 51 Sed fiscus ab utroque poenam fiscalē legibus statutam exigit.
- 52 Poena edentis, aut manifestans famam libellem, remissive.
- 53 Non distinguunt quodam poenam, an vera sint, vel falsa, quæ libello continentur.
- 54 Opponens in judicio adversario verum crimen impertinens ad cause defensionem, puniri debet.

55 Idem est, eis ad causa defensionem pertinet, si appareat; anima injurandi objectum fuisse.

56 Verba injuria in iudicio prolatæ, qua ad causa defensione conducunt, non enim injurandi dicta presumuntur.

57 Crimen occultum alienum revelari potest extra iudicium ob bonum finem.

58 Non est peccatum, revelare crimen occultum alterius unius, vel duobus, quas revelans scit, illud non detecturos.

59 Qui bona fide revelat delictum alienum, licet non peccet; tenetur ad restitutionem famæ, si absque propria detimento potest.

60 Potest quis absque culpa aliqua, se mentitum fuisse afferre, ut famam proximo restituat, quamvis verum sit, quod in ipsum dixerit.

61 Obligatio ad restituendum non provenit ex prævia intentione damnificantis, sed ex actu iniusto exteriori.

62 Qui verum dicit, non astringitur, canere palinodiam ex lege Regia.

63 Verum quæ appellavit mulierem nuptam meretricem, aut conjugatum cornutum, ut probet adulterium admittatur; ne in legi penam incidat?

64 Donatio revocatur, ob gravem injuriam verbalem illatam per donatarum donatori.

65 Quæ sit gravis injuria, relinquitur Judicis arbitrio.

66 Quando, donatario exercente aliquem actum in iudicio contra donatorem revocatur donatio.

67 Donatio remuneratoria ob ingratitudinem non revocatur.

68 Nec donatio ob cansam, post eam sequitur.

69 Donatio, in derrimum Terij, ob ingratitudinem donatarii non revocatur.

DE inuria, quæ verbis fit, differunt Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 6. n. 2. Parlad. d. rer. quotid. lib. 1. cap. 17. Pichard. in §. Inuria, Inst. de injur. Cevall. q. 323. Clar. in prax. criminal. verb. Inuria, Guttierr. de delict. quest. 116. cum plurimis seqq. Surd. decis. 89. Farinac in prax. criminal. tom. I. quest. 105. Azeved. in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recopil. Dian. resolution. moral. p. 5. tract. 4. resol. 13. Tuschi. l. 1. conclus. 152. Gregor. Lop. in l. 1. gloss. 7. tit. 9. p. 7. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 59. num. 45. cum sequentib. Menoch. conf. 1197. per totum.

Ad Num. 1.

Inuria etiam verbis fieri dicitur, cum scriptura alicuius factum maculamus, quoniam ipsa scriptura loquitur argument. l. non figura 37. ff. de action. & oblig. Glos. verb. Convitum, in l. 1. ff. de injur. Farinac. sup. num. 4. Capel. Tholosan. decis. in l. 1. ff. de injur. Farinac. sup. num. 4. Capel. Tholosan. decis. 127. num. 1. Bernat. Grævæ ad præmix. Camer. Imperial. lib. 1. conclus. 104. consol. 1. & atrox inuria non midus verbis, quam factis potest irrogari, l. 20. tit. 6. p. 7. Menoch. conf. 788. n. 5. Cyriac. tom. 1. controver. 126. num. 39. Foller. in præl. crimin. verb. Recipiantur defensiones, n. 11. Farin. d. q. 105. n. 100. Scot. cons. 25. per tot. tom. 2. lib. 3. Aut. Gom. supr. n. 4.

Per verbum Mentiris inuria inferi, docent communiter DD. Clar. num. 13. 14. Bellatomb commun. opinion. tom. 2. lib. 9. tit. 25. numer. 49. Suar. receptar. sentent. lit. I. num. 56.

Fachinæ controversi. lib. 9. cap. 12. in princip. Grævæ. lib. 2. conclus. 106. num. 9. cum seqq. Farinac. dict. quest. 105. numero 310. Cevall. n. 1. Cyriac. nu. 27. cum sequentibus Corral. in l. si tam angusti. numer. 5. ff. de servit. Vela de pœn. delict. cap. 19. vers. Alter modus, qui ita tenent, est dicatur: Salvo tuo honore mentiris. Circa quod recte ex alis distinctioni Menoch. conf. 41. a num. 8. Aut enim dicitur, Mentiris, loquenti circa præjudicium famæ alterius; & tunc, ethi adjicitor, Salvo honore tuo, injuriarum actione tenebitur qui, Menotiris, dicit; Farinac. num. 311. Cevall. ubi proxime, Cyriac. d. controvers. 126. num. 31. Caball. resolus. crimin. cas. 154. n. 6. nam cum per hoc verbum iuxta communem sententiam inuria fiat, protestatio ipsi facto contraria nunquam suffragatur; Barbos. axiom. 194. Surd. decis. 2. 6. num. 4. Martic. decis. 100. n. 2. Marc. Ant. variar. resolus. lib. 1. resol. 55. n. 9. Menoch. n. 32.

Aut ei, qui crimen, aut defectum famosum objicit, ab offensio, Mentiris, respondet; & hic nullo modo injuriarum actioni subjicitur, sive addat, Salvo honore tuo, si non, Guttierr. quest. 128. n. 11. Folin. in cap. dilecti filii, num. 20. de exceptione.

